tia. Oportet autem et amorē omnibus in amicitis que in excellētia consistunt  
cōparatione fieri rationū. Magis etiam amari prestabiliorē: vtiliorē ve-  
q̄ amare oportet: et ceterorum vnicuique similiter. Idem Aristot. infra scribit  
In vnaquaque autem republica tantū amicitie consistit esse: quantum et iustitie.  
Atque regis quidem amicitia ad eos que regunt in excellētia beneficię consistit.  
Cōfert etiam in eos beneficia que ab ipso regunt. Siquidem cū sit bonus curas  
ipsorum haberi: que bene sese habeat ut ouium pastor. vñ et Homerus Agamemnonem  
nonne populorum nūcupauit pastorem. Talis autem est amicitia paterna bñfici-  
orum vno magnitudine differt (inquit Aristot.) Est etiam essendi causa patris:  
quod maximū esse certū est et enueritiōis ac eruditiōis. Et ideo dijs et parē-  
tibus nō potest equalēs reddi. Hec eadem et ceteris maioribus tribuunt ait Bri-  
stot. Natura namque pater filiorum: et aut nepotum: et rex eorum quibus p̄sides impe-  
riū obtinet. Hec autem amicitie in excellētia consistunt. Quapropter et honorant  
ipsi parētes. Et iustū igitur in his nō idem est: sed quod efflagitat dignitas:

**Amicitia**  
virī in  
optimatū  
potestate  
ad vxorē  
**Amicitia**  
sodalitie  
sunt etiam  
pares atque  
equales etate.  
**Amicitia**  
fratrum  
similis est  
quia discipline  
et eorundem  
sunt morum.  
Et paulo post  
idem scribit  
Aristot.

Sic etiam sese habet amicitia. ¶ Et viri etiam ad vxorē eadem est amicitia et  
in optimatū potestate. Est etiam virtus postulat et p̄stabiliori plus tribui  
tur boni: et quod vnicuique accommodatur. ¶ At amicitia fratrum similis est  
sodalitie: sunt etiam pares atque equales etate. Tales autem etiam idem plerumque  
quia discipline et eorundem sunt morum. Et paulo post idem scribit Aristot.

## Capitulum. V.

Omnia igitur amicitia (ut dicitur est) in societate consistit. Consanguineae autem quae se iunxerit ac sodalicia. Cuius autem amicitiae et contribuliz amicitiae et  
et simul navigantium. et quotquot sunt tales magis in societate consistunt. civium  
nam stipulatione quasi quadam constare videntur. Inter has quae spiam et bon  
picalicia collocaverit. Consanguinea vero multiplex est. pendet autem omnis amicitia  
ex paterna. Parentes enim diligunt natos ut aliquid sui: nati vero parentes consanguineae  
ut aliquid ex illis. Atque magis sciunt parentes eos quae sunt ex ipsis quam na  
ei se esse ex illis. Accedit eodem et temporis longitudo. Parentes enim na  
tos diligunt continuo: illi vero parentes incrementis tempore susceptis et mens  
ris comprehensione vel sensus. Ex his autem patet cito cur magis diligunt  
matres. Fratres autem in mutuo diligunt quod ex eisdem sunt orti. Idemque  
enim quae est ad illa idem inter ipsos facit. Magni autem ad amicitiam est et  
enutricos simul esse et aetatis equalis. Equalis enim equaliter delectat: et ipsi  
familiares sodales sunt. Idcirco fraterna amicitia sodaliciae similis est.  
Patruales vero ceterisque propinqui ex his sunt coniuncti propterea quod sunt ex eisdem  
dem: atque alij magis alij minus fiunt ex eo coniuncti: quia prope est autem di  
stat origo. Amicitia autem quae filiorum est ad parentes et hominum ad deos  
ut ad bonum est atque excellens. nam maxima beneficia contulerunt. fuerunt  
enim essendi causa et alimentum ac educationis. In his amicitia magna utri  
litas est: ut patebit infra. Et ubi est magna affinitas ibi contrahitur ma  
gna amicitia. quapropter magis se debent diligere fratres carnales quam  
consobriini. Hinc Salustius in Jugurtha. Quis est amicitior quam frater  
fratri. Et magis mariti et uxores quam fratres: quia sunt duo in carne una  
Benef. ij. et Matth. xix. Et qui uxorem diligit seipsum diligit: ad Ephes. v.  
Super omnes autem homines mundi tenent filij amare parentes: quia sunt  
eis propinquiore. Nam pater et filius censentur una et eadem persona. Sed  
si magis debemus diligere patrem quia ab ipso habemus corpus: necess  
se est ut supra omnes alios debemus diligere deum qui est principalis pa  
ter et causa quae plus influit in effectum quam omnes causae secundariae: ut inquit  
auctor in libro de causis. Diligendus est itaque genitor: sed proponendus est  
creator: ut inquit Augustinus in quodam sermone. Hinc Hieronymus ad Fu  
riam. Honoras patrem tuum si te a vero parente non separas. tam diu scis  
to sanguinis copulam quam diu ille suum noverit auctorem. Deus itaque an  
te omnia diligendus est. de quo infra dicetur. Patet nunc ex praedictis quod mul  
tiplices sunt et variae amicitiae. Et quibus illae amicitiae celebrentur et laudentur  
a philosophis: Licerone et Aristotele: praesertim perfecta amicitia. Sed pro  
stantior est et longe melior propinquitas vel amicitia spiritualis quam gi  
gnit dilectio et charitas. de quo infra amplius videbis. Est postremo ami  
cicia puerilis quam vagus et lascivius creat affectus (ut scribit beatus  
Augustinus) sine ratione sine pondere sine mensura sine alicuius com  
modi vel incommodi consideratione. Hec ad tempus (ut idem Augu  
stinus ait capitulo. ix. de amicitia) vehementer afficit et stringit blandis  
us allicit. Sed affectus sine ratione motus bestialis est ad quemque illicitis  
ta pronus. Et licet amicitiam promoveat affectus non est sequendus  
nisi eum ratio dicat et honestas temperet et regat iusticia. In pueris

amicitia  
puerilis.

# Tractatulus de amicitia

magis regnat talis affectus. Affectus infidus et instabilis et impurus. mixtus  
semper amoribus ab his quos spiritualis amor dicitur caueat. nam veneg  
num est inquit Augustinus.

¶ Quid sit amicus: et quod varij et multiplices sunt amici  
Capitulum. III.

**N**on incongruum esse dixi ut  
post amicitie definitionem et eius multipliciter et varietatem descri  
bat quid sit amicus: et quod duplex sit: ut discernantur inter se boni

**Amicus** ni et pravi. Et dicitur amicus ab amando. Est autem amare nihil aliud (ut scribit Li  
**Amare** cero de amicitia) nisi eum ipsum diligere quem ames: nulla indigentia / nulla vel  
licare quaerita: quod tamen ipsa efflorescit ex amicitia: etiam si ea minus secutus sis. Vel  
dicitur ab amando. est enim qui amat et indissolubili familiaritatis iure coniunctus:  
¶ **U**n Paulus iureconsultus. Amicos appellare debemus: non leui notitia coniun  
ctos: sed quibus fuerint iura cum praefamilias honestis familiaritatis quaerita  
**Amicus** et rationibus. ¶ Et differunt amicus et amator: ut ad grammaticos redeat. Amicus  
**amator** animi est: amator corporis. Amator ad tempus: amicus in perpetuum. Etiam amator  
**differunt** dicitur qui venerea amat et libidine sequitur. Amicus ut Augustino videtur ab amo  
re dicitur: et ab amico amicitia. Amicus autem ut idem ait quasi amoris vel ipsius animi  
custos dicitur. quoniam amicum meum amoris mei vel ipsius animi mei oportet esse cu  
stodere: ut omnia eius secreta fidei silentio fuerit: quicquid in eo viciosum viderit / p  
viribus caueat et deleat. cui et gaudere et gaudeat / et dolere et doleat: et omnia  
sua praesentia quae amici sunt. Nec Augustinus. Amicus est qui amat et reamatur: secundum Bri  
stotelem. et hinc. Et secundum eundem. viij. Ethicorum. Amici sunt qui boni et bona sibi invicem vo  
lunt: non latentes gratia illi quae amant. Unum quod mala vult amico / non est amicus.  
¶ Unum Proverbia. dicitur. Ne moliaris amico tuo malum: quoniam ille in te habeat fi  
duciam. Diogenes laertius de vita et moribus philosophorum. Interrogat Bristoteles  
Quid est amicus: ait. vna anima in duobus corporibus cohabitans. Amicos solos  
illos dicimus (inquit Augustinus libro de amicitia) quibus cor nostrum et quae  
quid in illo est committere non formidamus: illis vicissim nobis eadem si  
dei lege et securitate constrictis. Falso ergo perclarum nomen amicitiae assu  
munt / inter quos est conventio vitiorum. quoniam qui non amat amicus non est  
¶ Non autem amat hominem qui diligit iniquitatem: et hic odit animam suam / et  
alteri amare non poterit. Unde Bristoteles. viij. Ethicorum. Bonorum homi  
num inquit est neque ipsos delinquere / neque amicos permittere prava sub  
ministrare. Pravi autem stabilitatem quidem non habent: quippe cum neque  
sibi ipsis similes perseverent. Breui tempore fiunt amici / sua gaudete  
mutua prauitate. Cum vero in tali amicitia quam libido commaculat vel  
avaricia fedat / vel incestat luxuria: tanta et talis experta dulcedo / libet  
conterere (ut inquit Augustinus). quantum habeat suavitatis ille. quae quanto honestior est  
tanto est et securior. Nec Augustinus. Is praeterea egregius habet amicus  
cui se fortunae vtriusque committit sociumque praebet: non sicut vulgus  
et amicus velut byrundines estate rebus secundis adsunt: rebus adversis



## Capitulum. III.

quemadmodū ille ingruere bruma deuolat. vnde Prouer. xix. dicit. Fra-  
tres hominis pauperis oderunt eum. Insuper et amici percul recesserunt ab eo  
Et Prouer. xvij. dicit. Vir amicitia ad societatem magis amicus erit quam fra-  
ter. Berson tract. sup. cantica canticorum. consideratione. iij. Amicus (ait) dicitur  
quasi amoris custos: et addit super amore simplicem conuersionem secretorum: et  
mutuam redamationem: cuius est proprium omnia esse communia. Est in super ami-  
cus natura et amicus moribus. vñ Ezechielus Judam amicum appellat cum dicit: Ami-  
ce ad quod venisti? Amicum intellige non moribus: sed natura. Vel ideo amicum  
nominat ezechielus: quia ad amicitiam quilibet peccator est: si non obstiterit paratus  
est in hac vita (ut scribit Berson parte. ij. in sermone ad Ecclesiasticos in  
cena domini facto) recipere. Sed probdolor multi sunt similes Iude in  
clero: qui nolunt peccandi deserere penitentiam: sed eligunt vel in  
sterquilino libidinis concupescere vel in alieni retentioe rubigine consu-  
mi. vel igneo vindicandi zelo succendi. Tales et si quotidie videantur con-  
fiteri et celebrent irrisores sunt proditorum: non penitentes idonei. Horum  
cuiuslibet dum osculant christum in sacramento vel fratrem in ecclesia: dici pos-  
test ex sententia. Iuda filium hominis osculo tradis. Nec Berson ubi s.  
Vocat et christus suos apostolos amicos Ioan. xv. Jam non dicam vos  
seruos: sed amicos. Et quis sit dominus omnium: tamen ex speciali gratia inter  
ipsos et suos fideles contracta est vera amicitia. de qua infra latius vide-  
bimus. ¶ Sunt preterea varij et multiplices amici. s. verus qui in omni fortuna vel  
secunda vel aduersa diligit: amat et non fugit ab amico tempore mali. amici  
et ipsi fortunam equo animo vel patienter ferunt quocumque fuerit: quos ad-  
miratur Socrates scribens ad regem Nicodemum de regno ait. Sed hi admi-  
randi: qui nullo humanorum casuum turbine concussi constantes immortalesque  
omnem fortunam preferunt. Hi et amicorum comoda: et incomoda equa fronte  
tolerant. Sed de amicis veris super dictum est. Est etiam amicus ore: amicus  
cus brachiorum: amicus bursae: amicus mensae. amicus curie. amicus iei-  
neris: amicus verborum: adulationis vel ostentationis. De quibus  
Berson parte. iij. sermone de conceptione Marię virginis. Et hi omnes  
in necessitate deficiunt. De hoc Ecclesiastici. vj. Est amicus secundum tem-  
pus et non permanebit in die necessitatis: et sicut Iob ferunt et occidunt  
osculando. ij. Regum. iij. Et exemplo latronis: et cuiusdam piscis qui polipus  
piscis dicitur occidunt amplexando: et sub tunica bonę apparentię occultam ha-  
bent prodicionem: rapinam: fraudem: irrisionem: detractionem. Hi homines sub  
specie bonitatis et pietatis fallunt: ut lachryme crocodili homines: ut di-  
citur. De his amicis persepe habemus in sacris literis. vnde Prouer. De am-  
xj. Simulator ore decipit amicum suum. Et Prouer. xvj. Vir iniquus la-  
trat amicum suum et ducit eum per viam non bonam. Et Prouer. xxvj. Sicut no-  
tius est qui mittit lanceas et sagittas in mortem: ita vir qui fraudulenter no-  
cet amico suo: et cum fuerit deprehensus dicit: ludens feci. Homo qui bla-  
dis fictis sermonibus loquitur amico suo recte expandit gressibus eius. Et  
ps. xxxvj. Amici mei et proximi mei aduersum me appropinquauerunt  
et steterunt. Et Eccl. xij. Non agnosceat in bonis amicus: hoc est in pro-  
speris amicus verus. ut inquit Lyra. quia tunc omnes se ostendunt amicos

# Tractatulus de amicitia

Unde poeta. Cum fueris felix multos numerabis amicos. Tempora si fuerint nubila solus eris. Sed in tristitia (vt idem ait sapiens) et in malicia illius agnitus est: hoc est in aduersitate cognoscitur verus amicus. Nam tunc sibi comparit et adheret alijs ipsum deserentibus. vt inquit Nicolaus. Hinc et sapiens predicis assentitur. Amici diuitum multi. Prouer. xiiij. et ca. xix. Diuitie addunt amicos plurimos. Et ibidem. Multi ei colunt personam potentis: et amici sunt dona tribuentis. Et Eccli. xiiij. Dives comoratus confirmatur ab amicis suis. Humilis autem cum ceciderit expelletur et a noctis. loquitur de amicis fictis: qui tempore prosperitatis hominibus adherent. Et Eccli. xxxiiij. Equus emissarius: sic et amicus sublamnator sub omni supra sedente hinnit. Et ca. xxxviiij. Omnis amicus dicit: et ego amicitiam copulaui: sed est amicus solo nomine amicus. Nonne tristitia inest usque ad mortem? Sodalis amico concouidabitur in oblectationibus et in tempore tribulationis aduersarius erit. Sodalis amico condoleat causa ventris: et contra hostem accipiet scutum. hoc est: multa faciet non ex vera amicitia: sed ventris gratia et ex gula: non sic facit verus amicus. Unde subiungit sapiens. Non obliuiscaris amici tui in animo tuo: et non immemor sis illius in operibus tuis: ac si diceret. non enim cum ore: sed etiam corde et opere. Et ca. xl. Amicus et sodalis in tempore conuenientes. hoc est: delectantur suo tempore et aliquando. quoniam autem separabuntur etiam. Et Hieremias ca. ix. vbi malicia arguitur populi iudeici: ait. Vis amicus fraudulenter incedet etiam. De malo quoque amico idem ca. xxxij. Ue inquit qui edificat domum suam in iniusticia: et cenacula sua non in iudicio. Amicum suum opprimit frustra etiam. Item Michae. viij. Nolite credere amico malo. s. etiam quantum intimo. vt ibi habet sensus moralis: quia nulla pestis grauior ad nocendum quam familiaris inimicus. Item Abachuch. ij. Ue qui porcum dat amico suo mittens fel suum et inebrians vt aspiciat nuditatem eius. Et his quoque saluator noster vocatus est amicus publicanorum et peccatorum: eo quod cum eis biberat et manducarat: qui et cum eis versabatur non vt eorum vicia amaret: sed vt sanaret. Unde Matthe. xi. dicit. Venit filius hominis manducans et bibens: et dicit. Ecce homo vorax et potator vini publicanorum et peccatorum amicus. Sic viri boni iusti malos odunt: non vt eorum mores induant: sed vt eos emendent et meliores faciant: et a via mala et peruersa dehortentur et auertant etiam. Resonat Lucas ca. viij. cum inquit. Venit filius hominis manducans et bibens: et dicitis. Ecce homo deuorator et bibens vinum amicus publicanorum et peccatorum. ¶ De amico quoque vero et fido persepe habet in sacris literis. Unde Prouer. xvij. Omni tempore diligit qui amicus est: et frater in angustijs comprobatur qui amicus est verus et certus (vt inquit Lyra). Et de amicis multis et varijs loquitur sapiens Eccli. vi. Est amicus inquit secundum tempus suum: et non permanebit in die tribulationis. Est et amicus qui conuertitur ad inimicitiam: et est qui odium et iram et contumeliam denudabit. Est etiam amicus mensum et non permanebit in die necessitatis. Amicus si permanserit fixus: erit tibi coequalis: et in domesticis fiducialiter agit. Si humiliauerit se contra te: et a facie tua absconderit se: vnanimem habebis

De ami-  
co vero.

## Capitulum. V.

amicicia bona. hoc est (vt exponit Zpra) si corā te in oībo bonis tibi p̄sen-  
tēs abscondit se: procurādo bona in absētia tua magis q̄ in p̄sētia: vna  
nimē habebis amicicia. i. cum eo sis vnū cor z vna ania. Ab inimicis tuis  
is (inquit sapiens vbi s.) separare: z ab amicis tuis accende. Amic⁹ fide-  
lis precio fortis. qui autē inuenit illum/inuenit thesauruz. Amico fideli  
nulla est comparatio. z nō est digna ponderatio auri z argenti p̄tra bo-  
nitate fidei illius. Amicus fidelis medicamentū vice z immortalitatis.  
Nam amicus fidelis (inquit ibi Zpra) diligit ex charitate: z sic sollicitus  
est de amico quācum ad bona gratie: q̄ viuificat spūaliter z p̄ducit ad im-  
mortalitate glorie. Sūt postremo amici regū p̄ncipū illi p̄sepe falsi blā-  
dimēris: z falsa laude decipiūt dñs: loq̄ntes solū q̄ grata z iucūda sūt  
voluptatis lucri vel cōmodi: nō vtrius grā. sicut sunt adulatorēs blādī-  
tores z assentatores: z ficti z simulati amici. de q̄bo in fine plura dicent.  
Talis fuit amicus Pilat⁹: q̄ timēs Cesaris indignationē: z s̄monē iu-  
deoz dicētū: Si hūc dimittis nō es amic⁹ cesaris: innocētē ch̄m iuste  
ad mortē p̄denauit. Sūt z plures tales in aulis p̄ncipū. sed de his infra  
amplius videbitur.

De amicicia dei: z quis sit amicus dei Capitulum. V.

**A**micicia dei quā gignit amor  
dei charitas z dilectio ceteris est p̄stabilior. qm̄ hāc habēs dei  
efficit amic⁹: q̄ nihil optari⁹/nihil meli⁹ z desiderabili⁹ homi-  
ni p̄tingere potest/q̄ nō seruus sed amic⁹ dei dici pōt. Hāc amicicia ha-  
buerūt viri sancti q̄ permulta passi sunt p̄pter dominū. nec quicq̄s potu-  
it eos ab hac amicicia amouere. Hanc p̄cipue habuerūt apli ch̄i: q̄s do-  
minus amicos vocat. Unde Ioan. xv. dicit: Jam nō dicam vos seruos:  
quia seruus nescit quid faciat domin⁹ eius. Vos autē dixi amicos: qz q̄  
cunq̄ audiui a patre meo nota feci vobis. Ideo autē vocat eos amicos z  
nō seruos: q̄uis sit dñs omnīū. sed b̄ ex speciali grā. z qz cū esset de⁹/sa-  
ctus est similis nobis hō mortalī/z frat̄ noster. imo inter suos. i. inter  
nos suos: iuxta illud qd̄ ch̄s Luc. xij. dicit. Ego autē in medio vestz sum  
sicut q̄ ministrat. Nā z Phil. ij. dicit. Formā sui accipiēs in similitudine  
hoīm factus. Un̄ z Bern. Puto q̄ iā spernere me nō poterit de⁹ os z ca-  
ro z frater meus. Nā z p̄b. viij. Eccl. docet q̄ vera amicicia habz esse in-  
ter similes. Ideoq̄ dñi ad seruū licz nō sic amicicia inq̄ntū suos: qz sic ē  
ineq̄lis: sed s̄m q̄ hō est sibi similis. z ideo vt sic dñi ad suū est amicicia  
Dicitur. Un̄ ex quo de⁹ altissim⁹ est dñs oīm anteq̄ fieret hō/nunq̄s ho-  
minē vocauit amicū. sed postq̄ fact⁹ est hō/simil̄ nobis mortal̄/ch̄s do-  
minus dignat̄ nos vocare amicos z fratres si eū vere diligim⁹ eius p̄-  
cepta seruādo. Vocat z ideo ch̄s suos amicos: qz ch̄s seruos facit bo-  
nos z participes diuine grē: z sic dignos amicicia sua. Nam Iudo. de sū-  
mo bono dicit. Amicicia em̄ in rebz bonis habenda est. nā q̄ ea in malo vtrū  
tur non sibi amici existunt: sed inimici. Dicitur. Et patet: quia tales si  
bi damnationem accumulāt z tormenta infernalis sempiterna. ergo

# Tractatulus de amicitia

se se maxime odiunt. Un̄ ps̄. Qui diligit iniquitatem odit animam suam. Hinc et  
Tullius li. de amicitia. Hoc primum inquit scio nisi in bonis amicitiam veram  
esse non posse. Sequitur ergo quod charitas cum suis sanctificat et meliores red-  
dit/vera amicitia diligere illos probat. Ideo dixit. Jam non dicam vos seruos  
Zyra. i. timore serui subiectos: ut sunt inuidani serui: sed amicos: quia amo-  
re filiali debet iusti deum diligere: et sic sunt bonitatis diuine participes  
tamquam filii. Un̄ subdit: quia seruus nescit quid faciat dominus eius. secreta enim non re-  
uelant seruis: sed filiis. Vos autem dixi amicos: quia omnia que audiuimus a patre. s.  
necessaria ad salutem nostra fecit vobis. Hec refert frater Pelbartus in ser-  
mone de apostolis. Hanc amicitiam prouocauit dominus carnali propinquitati. Un̄ Mar-  
tini cum dominus inquit. Que est mater mea: et qui sunt fratres mei: Et ex-  
iens dicens manus in discipulos ait. Ecce mater mea et fratres mei. Quicumque  
enim fecerit voluntatem patris mei qui in celis est: ipse meus frater soror et  
mater est. Qui enim statuit in animo non sibi sed deo viuere: vnus spiritus  
efficitur cum deo vniformitate voluntatis: teste apostolo. Qui adheret deo vnus  
spiritus est cum eo. i. Cor. vi. seseque habitaculum deo preparando charitatem in se ge-  
nerat: et charitatis glutino sibi iungit. Amicitia dei est: qua deus homines  
diligit/vocat/eligit/predestinat. hoc est. diuina voluntas que dat gratiam ho-  
minibus in presentia: et in futuro dat gloriam. Que singula si expendere vellet  
mus: in latissimum campum descenderemus expatiaremurque: et ne id fiat fre-  
quentum equo adhibemus: ut maneat in via. De predestinatione autem et vocatio-  
ne et electione tractare requirit tempus et tractatum. Dicitur et amicitia dei quam  
habebunt iusti et boni viri: et qui dominum timent. Un̄ Ecclesi. vi. 8. Qui et  
mercedem dominum que habebit amicitiam bonam: quam finem illum erit amicus illi-  
us. Deus autem amicitiam hac magis diligit vnum quam alterum: si magis deter-  
minat effectum extrinsecum. s. bonum quod vult diligentibus. Nam diligere est  
velle alicui bonum: sic magis diligit vnum quam alium: volendo ei maiorem  
gratiam et glorie gradum. Si homo magis determinat actum diuine dilectionis  
intrinsecum: non est ibi magis nec minus. Nam vno actu simplicissi-  
mo diligit omnia. ita sentit et scribit Nicolaus de Zyra super Ecclesiasticum.  
**Amicus dei** Nunc quis amicus sit dei aperiamus. Est amicus erga deum: et amicus de  
us erga nos. Dicitur autem amicus dei (ut literis mandauit dominus Lardi-  
nalis cameracensis. q. ix. arti. ij. lib. j. sententiarum) quem deus specialiter  
diligit: et ad speciale bonum. s. ad vitam eternam. sed generaliter loquendo  
quilibet est amicus dei siue bonus sit siue malus: in hoc quod deus diligit  
ipsum ad aliquod bonum: ut inquit Aliacenensis. sed sic non capimus hic. Post  
est autem quisquam dicit amicus dei dupli. Uno modo ab habitu vel actu cha-  
ritatis vel gratie animam ipsius informante. Alio modo denominatione ex-  
trinseca ab ipsa diuina voluntate acceptante. vel magis proprie loquendo:  
vel quia diligit deum: vel quia diligit a deo. Primo modo potest aliquis  
esse amicus dei vel charus et gratus sine aliqua qualitate supernaturali infu-  
sa que sit charitas vel gratia: non tamen sine aliqua qualitate creata que  
sit dilectio: et que potest dici charitas vel gratia. Secundo modo potest esse  
se aliquis charus et gratus sine aliqua qualitate informante: nec est simile  
de esse album et albedine. Et illo modo secundo aliquis potest esse amicus

## Capitulum. v

dei dupliciter sicut dupliciter potest intelligi deum aliquem diligere. Uno modo generaliter: quia vult sibi aliquod bonum. Et sic omne bonum in quantum bonum deus dicit diligere: iuxta illud: Diligite enim omnia quae sunt: et nihil odistis eorum quae fecisti. Alio modo specialiter: quia vult sibi aliquod speciale bonum et sic deus magis diligit illum cui facit maius bonum. quia quibus oes eadem dilectione diligit: non tamen ad equale bonum. Et illo modo ultimo adhuc potest dici aliquis amicus dei dupliciter. Uno modo quia deus vult illum prout habere aliquod magnum bonum quod non est vita aeterna: sicut est charitas vel gratia vel originalis iustitia: siue velit quod semper permaneat in tali bono siue non: sed voluntate beneplaciti: et sic vocatur diligere secundum praesentem iustitiam. et sic deus diligit solus rationales creaturas quae sunt in gratia gratificante: siue sint electae siue reprobatae. Alio modo quia deus vult illum non pro illo tunc: tamen aliquem habere vel habiturum esse illud speciale donum quod est vita aeterna. et sic deus diligit solus rationales creaturas: non tamen omnes illas quae sunt in gratia gratificante: sed solus illas quae sunt electae et non reprobatae: siue sint in gratia siue in mortali culpa. Et hoc voco (inquit Basilicensis) dilectionem secundum aeternam praesentiam. de qua ad ad Romam. ix. Jacob dilexi Esau autem odio habui. Et ista potest vocari dilectio simpliciter prima: aut dilectio secundum quid. quia in scriptura simpliciter loquens dicitur: Esau autem odio habui: licet forte et sine forte Esau quandoque haberet charitatem: saltem quando fuit noviter circumcisus. et ita de quolibet reprobo potest dici simpliciter quod deus odit ipsum: licet secundum quod scilicet praesentem iustitiam diligat ipsum quando habet charitatem vel gratiam etc. Hec Cardinalis ubi supra. Et ut ipse paulo ante scribit. Esse amicum dei siue deo charus aut acceptus ad vitam aeternam potest dupliciter intelligi. Uno modo idem est quod esse ordinatus ad vitam aeternam finaliter obtinendam. Et sic quilibet electorum in quo cumque statu sit gratiae vel culpe est deo charus et acceptus et dei amicus. Et nullus reproborum licet sit in statu gratiae est amicus dei. Alio modo idem est quod esse in statu vel dispositione: in qua si perseveraverit: deus dabit sibi vitam aeternam. et sic non quilibet electus est deo gratus vel acceptus nec dei amicus: sicut ille qui est in statu culpe mortalis. Et aliquis reprobus est deo charus et dei amicus sicut ille qui est in statu gratiae. Similiter modo magister. iij. sententiarum dist. xxxj. dicit: quod aliquem esse scriptum in libro vitae potest intelligi dupliciter. scilicet secundum aeternam praesentiam vel secundum praesentem iustitiam. Et multi sunt scripti primo modo et non secundo modo et e converso. Sic aliquem esse amicum dei (ut dicit Cardinalis ubi supra) potest intelligi dupliciter. Vel secundum aeternam dei dilectionem: vel secundum praesentem dispositionem. Et aliquis potest esse amicus dei primo modo et non secundo modo: et e converso. Et secundum eundem nullus potest esse amicus dei de lege ordinata: non habendo in se aliquam qualitatem infusam quae sit charitas vel gratia: quibus aliquis potest esse amicus dei de potentia absoluta: non habendo aliquam qualitatem infusam quae sit charitas vel gratia. Potest et aliquis non esse amicus dei de potentia absoluta habendo aliquam qualitatem infusam quae sit charitas vel gratia. Singula abunde probat Petrus Lameracensis ubi supra. Est insuper amicus dei qui voluntatem eius explet: et eius praecipua et mandata servat. Is iuxta promissionem christi ingreditur regnum caelorum. Unde

# Tractatus de amicitia

Matth. xix. dicit. Si vis ingredi ad vitam serua mandata dei. Hoc est etiam quod dominus dicit ad discipulos Joa. xv. Vos amici mei estis si feceritis quae ego precipio vob. Et amici dei proprie dicuntur qui ornati sunt charitate. Ad hos dei amicos dicit Lanticoz. v. Lomedit amici et bibite: et inebriamini charissimi. De hac amicitia dicit Sapi. vij. quod sapientia amicos dei et probetas constituit. Neminem enim diligit deus nisi eum qui cum sapientia inhabitat. Constituit amicos dei per fidem charitate formatam: ut inquit Lyra: et probetas per cognitionem supernaturali. Deus autem neminem diligit nisi sic in charitate: ut inquit Lyra. et ita sapientia de qua hic loquitur sapiens charitatem presupponit. De hac amicitia loquitur Augustinus libro. iij. confessio. alloquens christum. Non est inquit vera amicitia nisi ea quae glutines inter berentes tibi vera charitate. Cui assipulat Hiero. ad Paulinum: et habet in prologo biblicae. Vera enim illa necessitudo est et christi glutino copulata: quam non vult eas rei familiaris: non praesentia tantum corporum: non subdola et palpano adulatio sed dei timor et diuinarum scripturarum studia conciliant. De hac amicitia loquitur Berson parte. iij. tractatu. j. de canticorum originali ratione. Libomo. iij. cum ait. Deus ipse tanta pietatis dignatione: tanta charitatis bonitatisque dilatactione humanam dilexerit naturam: ut eam formaret ad imaginem et similitudinem suam: quatenus sui particeps esse posset. et ita particeps quod eidem iungeretur felicissimo federe nuptiali: sicut sponsa sponso suo: qua dilectione et charitate nullam diligibiliorum nullam chariorum estimare potest cor humanum. Et quis philosophi (ut idem ait) aliquem hominis amorem ad deum poneret et debitum scirent: nullo pacto tantum valuerunt attingere vel suscipere carum quod mutua esset amicitia praesertim sponsalis dei ad hominem: et contra qualem nobis reuelauit theologia fundata in charitate. de qua est illud: Charitate perpetua dilexi te. Non enim quilibet amor dici meretur amicitia: sicut philosophi: sed ille quo sibi mutuo comunicant et viuunt et congratulantur et conuiuuntur amantes quale aliud. Neque Plato dicens deum non misereri hominibus: nec Aristoteles redemptionis ignorans mysterium: nec aliud omnino probas habuit sine fide. Nec Berson. Idem parte. iij. sermone de preceptione virginis Mariae plura de hac amicitia loquitur ad deuotam animam cum ait. O anima deuota a deo creata ad imaginem suam: et suo precioso sanguine amorose redempta: considera et in memoriam reuoca: quod cum prius esses turpis ac deformis pro peccato originali: placuit deo tuo te regenerare: pulchritudinem facere et puram per baptismatis sacramentum: et tanquam nouiter te concipere per gratiam infantium quod tunc cum te talem videret dignatus est te amicam suam coram pulchram vocare: Tota pulchra es etc. O deus quae sublimis haec est generositas esse amicam. Cuius amicam? Amicam non quidem hominis mortalium: non angeli vel non archangeli: sed dei regis regum et domini dominantium. Ipse bonus est amicus qui nunquam deficit in necessitate: qui nunquam improperauit amorem suum: qui nil periclitatur ab amica sua nisi duceretur amari: et nihilominus abundantissime reficit et consolatur. cumque offenditur et irricatur facile ignoscit atque remittit. hic est verus amicus tuus. Nam in eo nihil est fictionis: nec deficit in aduersitate. Et nil aliud petit quam amorem tuum. Quem amorem? Amorem qui se ostendit non modo verbo: sed facto et opere.

## Capitulum. V

ratione. Si enim dicas te amare deum / et non facis voluntatem eius et precepta eius / (sicut quod dicit sanctus Joannes) mendax. Joan. ij. Et Grego. in homelia festi pentecostes. Caritas operatur magna si est: si renuit operari / caritas non est. Certum est et per regulam generali tenendum quod persona quecumque sic deum non sufficienter amat / que in se non habet illam virtutem que caritas nominatur: que sola dividit inter filios dei et diaboli: regni et damnationis. Nec exponitur privative. Ideo egregie dictum plenitudo legis est caritas. Roma. xij. Nullus homo caritatem habere potest qui in aliquo peccato mortali est. nec absque peccando mortaliter transgreditur quis preceptum dei aliquod. Unde Jaco. ij. Quicumque totam legem servaverit / offendat autem in uno: factus est omnium reus. Ideo dicit Jesus christus Joan. xij. Qui si quis diligit eum mandata eius servabit. Unde sequitur. qui non servat mandata / deum non diligit. Et est etiam presumendum quod veraciter nullam aliam diligit personam. Et faciliora sunt eius precepta quam multorum hominum instructio qui multa patiuntur ut temporalia adquirant vel vanam gloriam: etiam miserabilissimas miseras / quas facit amor stolidus puerse carnalitates perpetuant. que singula ad longum deducit Berson. Non ergo congruaturis o devota anima de preceptis amici tui / que tibi valde erant facilia si cum perfecte dilexeris: quia foretis ut mors dilectio Lancerorum. ix. Et bona que que consuetudo ipsa tibi dulcia faciet et delectabilia. Quod male feris assuesce: feris ait Naso. Et Tullius in rhetorica. Optima forma vivendi eligenda est: quam iocunda reddet consuetudo. Qui dicit precepta dei nimis dura esse et ponderosa / deum mendacem facit / qui contrarium affirmat. Jugum meum suave est et onus leve etc. Matth. xj. Nonne magna est dulcedo de illo amico qui non obstante quocumque delicto contra se / omnia parcat: si integram habeas contritionem. i. displicentiam de peccato preterito: propositum firmum non recidivandi: et confitendi tempore et loco per ecclesiam ordinatis: Quacumque hora etc. Ezechiel. xvij. Dulciorem amicum habere non posses. Sed tibi dico eum valde plenum esse zelotipia. nec vult te ullam rem aliam amare plus quam se: ne in presencia sua facias fornicationem vel spirituale adulterium: diligendo infernalium inimicum / et iaceas inter brachia eius per iniquam delectationem peccati mortalis. videtur ei quod merito super omnes alios dignus sit amari. Solent (ut scribit Aristoteles. ij. et ix. libro Ethicorum. et Tullius libello de amicitia) queri amici tui de causis. Vel ob bonum utile: aut honorabile: aut propter delectabile bonum. Sed meditare o anima devota (inquit Berson ubi supra.) si queris amicos divites viles: quis est magis quam is qui concedit veram hereditatem et felicitatem perpetuam. Necum sunt divitię et gloria Sapient. ij. Si queras amicos placentes et delectabiles Audi quod dicit sapiens quod amor suus est magnus / bonus et placens. In amicitia illius bona ibidem. Non est delectatio similis amori pacis et securitatis: conscientie: que haberi non potest absque dilectione dei. Tunc exclamat psalmista Quam magna multitudo dulcedinis tue domine etc. Si queras amicum bonum et honorabilem Buscula quod dicit sapiens: quod innumerabilis honestas venit per manus illius. Si queras demum amicum qui in necessitate tibi succurrat: profecto alium

# Tractatulus de amicitia

neminē meliorē inuenire poteris. Fortunata est anima illa: quae tale habere potest amicum qui inuocantibus eum in veritate preesto est: qui tribuit omnia quae ad sempiternam felicitatem sunt conduxura. Illi amicum oēs desiderare et adipisci laborare debent: considerantes multum fructum utilitatem quam ab eo expectare possunt. Cuius et deliciae sunt: esse cum homine Prover. viij. Qui stat et ad ostium amice pulsat. Apoca. iij. Qui ad aperientem et suscipientem venire dignatur. unde Joan. xij. dicit. Ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus. De hoc amico et amicitia scribit Beron parte. iij. documento notabili de sacramento altaris: cum ait. Qui esurientes implet bonis iustitiam nos orare tanquam pauperes et mendicos: sed filios a patre qui est in celis. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Tu da qui vere es amicus ille euangelicus ad quem eundem est media nocte presentis miserie percedo: querendo pulsando. Comoda mihi tres panes: comoda hoc est cum modo da: vel comode da. id est ad commodum da. Quoniam amicus meus venit de via: ut ponam ante illum. Amicus veniens de via potest intelligi vel spiritus proprius ab euagatione se colligens: vel noster proximus viuus: aut mortuus suffragiis indigens: vel ipse christus ad ostium stans et pulsans: et cenare volens. Amicus autem est ipse deus ad hominem tripliciter. Uno modo sicut dominans ad liberum subditum. Alio modo sicut parens ad filium delicatum. Tertio modo sicut sponsus gerens se sicut philocaptum: seu in amore raptum. Amicus autem iste est proprie potens commodare a quo omne donum fontaliter et ininitiatue liberaliter et irredituue: inductabiliter et terminatiue quasi circumlo quodam intelligibili. unde fit ut repetant proprios queque recursus: nec manet ulli traditio ordo: nisi quod fini iuxerit ortum: subrilique sui fecerit orbem. Amicus autem de via quos panes alios petere potest quam corporales spirituales et sacramentales. et haec omnia sunt vnus panis: vnus dominus et trinus qui solus est panis secundum veram nominis interpretationem. Panis enim dicitur a pan quod est totum. Et quid totum nisi solus deus? Sicut et nihil aliud perfectum est: qui est omne bonum. iuxta illud dictum Moysi. Ostendam tibi omne bonum. Vide latius de hoc cancellarium ibi.

¶ De amicitia dei cunctis alijs prestat La. vi.

**T**heologie proceres s. **Bona:**  
¶ uen. Ricard. b. Tho. scribitur hominem multifariam moueri ad diligendum aliquid. scilicet quia bonum. quia pulchrum: quia delectabile: quia utile et honestum: ac simile. unde cum in deo sine in summo omnia predicta: ideo est summe diligendus. In eo enim est summa bonitas. iuxta illud prophete ps. lxxij. Quia bonus israel deus etc. Item summa speciositas. iuxta illud Sap. vij. Speciosior est sole. vnde beata Agnes de eo dicit. Cuius pulchritudinem sol et luna mirantur. Item summa delectabilitas dicitur ps. Delectationes in dextera eius usque in finem. Item summa utilitas et honestas. iuxta illud quod de divina sapientia dicit Sap. vij. Uenerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa et innumerabilis honestas per manus illius. Item in eo est nostre nature conformitas. iuxta dictum apostoli ad Phil. ij. In similitudinem hominis



## Capitulum. VI.

minū factus z habitu inuentus vt homo. Quia em̄ superioris ad infes  
riore est habere beniuolentiā. z inferioris ad superiorē est habere reuerē  
tiam/equalis vero ad equalē est habere amicitia. Unde pbs. viij. Echi.  
dicit q̄ amicitia est inter equales z similes. Et Hieron. super duodecim  
prophetas inquit. Amicitia pares: aut accipit aut facit. Ideo deus ne ali  
quid deesset in amicitia hominis erga ipsum z econtra cū esset domin⁹:  
factus est frater hoīs /z sic factus equalis vocat se eius amicū dicens Joā.  
xv. Vos autē dixi amicos. Hinc exclamat Bernardin⁹ de bustis parte  
ij. rosarij sui. ser. v. O deus meus (inquit) quanta est benignitas tua: q̄  
magna clementia: z q̄ stupēda humilitas q̄ hominem qui est ciuis et  
vermis appellas amicū tuū. Et ideoz ipse hō debet te sup alios amicos  
diligere: z amore infinito si esset possibile. Et cū fratres: sorores: parētes  
z ceteros diligim⁹ /multo magis deū qui nō solū nobis dedit corpus: s̄  
etiā animā nostrā creauit q̄ est preciosior corpore: etiā p̄seruat nos inesse  
Tenemur ergo deū diligere supra patrē z om̄es homines mūdi: a quo  
habemus quicqd sumus. Et quia amor debet esse reciprocus in amicitia.  
sequit̄ q̄ omnes debem⁹ deū diligere. qz vt dicit̄. j. Joan. iij. Ipse  
prior dilexit nos. Tanto autē amore nos amat. vt dicit Bernard. in li. de  
diligendo deū q̄ omnis amor sanctorū amorī dei cōparatus nihil est. De  
hoc amore inquit Augu. sup Joan. Incōprehensibilis est dilectio: qua  
nos diligit de⁹. Diligam⁹ ergo eū sup omnia: qz nec sic diligendo valeam⁹  
mus ei impēdere vicē dilectiois. Maxime autē ad amorē sui nos indu  
cere debet ebaritas saluatoris nostri iesu ch̄i q̄ supauit oēs amores mū  
di. Primo em̄ supauit amorē naturalē: q̄ est inter patrē z matrē z filioz:  
nulla em̄ mater filiū suū incantū dilexit: quātū ipse dñs nos amauit. Et  
ideo inquit Esa. xlix. Nūquid obliuisci pōt mater infantuli sui vt nō mi  
sereat filio vteri sui. Et si illa oblita fuerit: ego nō obliuiscar tui. Ecce in  
manib⁹ meis descripsi te zc. Excedit z amor eius amorē matrimoniales.  
Nā si vxor fornicat a viro repudiat cōmuniter: z ampli⁹ nō recipit. Sed  
si ania hoīs ch̄i sponsus deserit: z diabolo adultero consentit: Ehis em̄  
eam penitentiā semp recipit. Et ideo in cruce manus extensas tenet: ad  
innuēdū q̄ pctōres ad se reuersos proninus amplectat. Vñ Hier. iij. dz.  
Tu fornicata es cū amatorib⁹ multis tū reuertere ad me: z ego suscipiā  
te. Animā q̄z nostrā maculis plenā lauit suo sanguine. z ab oib⁹ maculis  
mundata est. z hoc est qd̄ dicit̄ Apoē. j. Ipse dilexit nos z lauit nos a pec  
catis nostris in sanguine suo. Et ad Ephe. v. ait Apl⁹. Viri diligite vxo  
res vestras sicut z ch̄is dilexit ecclesiā: z tradidit semetipsum p̄ illa vt eā  
sanctificaret: mundās eā lauacro vitę: vt exhiberet sibi gloriosam ecclesiā  
nō habentē maculā/neqz rugā: aut aliqd̄ hmōi: sed vt sic sancta z imma  
culata. Excedit z amicitia z amor ch̄i amorē socialē: q̄ est inter amicū et  
amicū. Nullus em̄ homo inueniret qui vellet mori pro suo inimico. vix  
autē inueniret q̄ vellet mori p̄ amico bono z simplici z fraudalēter dece  
pto. Et hęc est perfecta ebaritas. Joan. xv. Maiorē hac dilectionē nemo  
daber: vt animam suā ponat quis pro amicis suis. Nos autēz non eram⁹  
iusti: neqz boni: sed eramus impij z dei inimici: z tamē ch̄istus p̄

## Tractatulus de amicitia

nobis voluit mori. Et hoc est quod dicitur ad Romanos. v. Quia adhuc infirmi essemus: Christus pro impijs mortuus est. vix enim pro iusto quis moritur. Nam pro bono forsitan quis audeat mori. Commendat autem deus suam charitatem in nobis: quoniam cum adhuc peccatores essemus: Christus pro nobis mortuus est. Posset autem dici quod Christus habebat unum amicum. scilicet deum patrem: et unum suum et patris inimicum. scilicet genus humanum. ut igitur inter istos pacem faceret: se mediatorum interposuit. Unde dicit. scilicet ad Timotheum. ij. Unus est mediator dei et hominum homo Christus Iesus: qui dedit semetipsum in redemptionem pro omnibus. Sepe autem visum videtur: ut quoniam quosdam inter duos rixantes interponit: ab utroque vulneratur. Et ideo ipse Christus vulneratus fuit a patre: qui ait Esaias. liij. Propter scelus populi mei percussit illum. Vulneratus etiam fuit ab homine. vnde ipse ait Zacharias. xij. Vis plagis plagatus est in domo eorum: qui me diligebant. Excessit quoque dei amor: amorem animalium qui est inter animam et corpus. anima enim intantum diligit corpus quod ab eo separari renuit: et omnem corporis laborem fugit et vitat. Anima autem Christi intantum animas nostras dilexit: quod a corpore suo pro nostra salute voluit separari. Unde ipse inquit Joannes. i. Ego animam meam pono pro omnibus meis. Intantum etiam dilexit quod passa est cum multa leticia corpus suum in quinque partibus lacerari et in omnibus membris cruciari: ut sic precium nostre redemptionis abundanter efflueret. Unde patri suo dicit per prophetam. Conscidisti sacco meum: et circumdediti me leticia. Quibus omnibus consideratis: et nos in amore ipsius debemus omnium aliorum amores superare. Hec scribit Bernardus de Buxis parte. ij. rosarii. sermone. v. Librum insuper amicitia alijs prestat: quod est preciosissima et ineximabilis: verissima: securissima et fructuosissima: quod per longum deus clarat frater Pelbartus in sermone de apostolis. Est inquit preciosissima. Nam (ut ait Ambrosius de officiis) nihil est in rebus humanis amicitia pulchrius. et pro consequens preciosius: quod in prosperis congratulatur in tristibus compatitur et in persecutionibus auxiliatur. Sed hec summe inveniuntur in amicitia Christi qui diligit fideles suos verissima charitate: et sollicitat ad bona gratie et glorie: in quorum prosperitate summe congratulatur: et in tribulationibus summe auxiliatur. Etiam alij amici quibus auxiliantur in vita: nequeunt tamen auxiliari in morte. Libris autem et in morte et in perpetuum auxiliatur. Est precerea Christi amicitia verissima et invariabilis. aliorum quippe amicitia sepius fallibilis est et variabilis. iuxta illud Ecclesiastici. vij. Est amicus socius mens: et non permanebit in die necessitatis. Sed Christi amicitia est ex parte sui immutabilis. Unde Augustinus. lib. confessionum. dicit. Te domine nemo amittit: nisi qui te prius dimiserit. nullum derelinquit: nisi qui te prius reliquerit. Item Christi amicitia est tam invariabilis et infallibilis: quod etiam si quis amiserit eam offendendo: non sicut in alijs amicitijs quocumque conuersus fuerit vere penitendo reconciliatur: et semper suscipitur in pristinam amicitiam: nec offense recordabitur. Vnde Esaias. xvij. Quocumque hora ingemuerit homo: amplius non recordabor omnium iniquitatum eius. Manet quoque Christi amicitia in perpetuum. vnde Joannes. xij. et. Cum dilexisset suos vsque in finem dilexit eos. propterea consilium bonum dat sapiens Ecclesiastici. ix. dicens. Non derelinque

## Capitulum. VII

amicū antiquū Lyra. s. pbacum i amicitia. Nou<sup>9</sup> em̄ nō erit similis illi. Unū nouū amicus nou<sup>9</sup>. Lyra. qz sicut de vino nouo nescit quale final<sup>r</sup> erit: sic de amico nouo nescit q̄le fidelitatē tenebit. Dinc z Alan<sup>9</sup> in pble matib<sup>9</sup>. Sepe viatorē noua nō ver<sup>9</sup> orbita fallit. s. Sic sociū soci<sup>9</sup> nō verus imo nouus. Sed amic<sup>9</sup> antiqu<sup>9</sup> deus est: q̄ ab eterno nos dilexit z in eternū diliger. nou<sup>9</sup> aut̄ mūdus est. Nos ḡ debem<sup>9</sup> amicitia dei nō relinq̄re p̄pter mundū deceptorem z variabilē. Est deniqz amicitia ch̄ri s̄i securissima z indubitatē ducit ad vitā brām. Un̄ Ec̄ci. vi. Amicus fidelis. i. ch̄ris medicamentum vitē z immortalitatis: qz p̄fert vitā gratiē z immortalitatē gloriē. Sequit̄. Qui timet dñm habebit amicitiaz bonam scz ch̄ri. Un̄ Aug. d̄c. O bō elige tibi p̄ omnib<sup>9</sup> amicum. qui cum omnes te deseruerint / ipe solus te nō reliquerit: sed in regionē quam ire debes. i. in vitam eternā te deducet. Alij nempe amici om̄es in morte te deserent. Ch̄is aut̄ tūc maxime suā amicitia erga te ostēdet: z iō ei<sup>9</sup> amicitia est securissima: qz tūc maxime p̄derit. s. in hora mortis p̄gendo ab inimicis. i. a demonib<sup>9</sup> / z ducēdo in celū: qua hora maxime haberes timere: nec ullus mundialiū amicorū poterit te iuuare. Est postremo amicitia ch̄ri fructuosissima z vtilis: sine qua nihil valet q̄cqd̄ est in mōdo. Un̄ Aug. Charitas est q̄ valet ad omnia: sine qua nil valent oia. Amicitia ergo ch̄ri vtilis est ad oia q̄ possunt ab hoīe desiderari. nā valet ad adq̄rendū maximas diuitias / maximos honores / maximas dignitates z p̄solatiōes: z sine q̄ nil valēt q̄qz mundi bona. Valet nāqz ad maximas diuitias possidēdas: qz sūmū bonū. s. deū h̄re facit. j. Loz. j. In oib<sup>9</sup> diuites facti estis in illo. Nobilitat etiā z honorat: qz filios dei z fr̄es ch̄ri p̄sticuit Un̄ Joā. j. d̄c: Quorūc̄ autē receperūt eū dedit eis patrē filios dei fieri zc̄. Tercio maxime gl̄ificat: qz reges celestes efficit. Un̄ Matth. xv. d̄c: Venite b̄ndicti patris mei p̄cipite regnū zc̄. Ceterz maximas p̄solatiōes cōferit: qz oēs angeli z oēs beati familiares amici sunt talib<sup>9</sup>: z tales honozant. Sicut em̄ videm<sup>9</sup> q̄ cū rex alicui specialem amicitia z familiaritatem exhibet: illum omnes milites z ciues honozant / reuerent<sup>9</sup> / z dona offerunt. Sic beati in patria honozant ch̄i dilectos amicos: z dona grante a deo ip̄is imperāt. Cōsiderandū itaqz nobis est q̄ bonū est h̄re amicitia ch̄ri z eā tenere. Animaduertēdū ḡz est q̄ q̄ dei amicus nō est: oia bona z ineffabilia p̄dit: ac supplicia infernalīa incurrit: diabolo tradet̄: z omnibus beis odio habebit. Un̄ Aug. Dñe qd̄ sum ego ve mibi iubeas amare te: z nisi b̄ factā irascaris mibi: z minaris ingētes miseras z cruciat<sup>9</sup>. Nec ille. Das effugiem<sup>9</sup> si eū dilexerim<sup>9</sup>: z mādara ei<sup>9</sup> custodierim<sup>9</sup>.

Quibus signis cognoscitur amicus dei.

Capitulum. VII.

**Q**uia nullus nouit an sit di-  
gnus amore vel odio: vt vult sapiens. Quēdam signa attendamus quibus cognoscemus quis sit verus amicus dei z ch̄risti Iesu. quē colligit frater Pelbartus in sermone de Apostolis. Et potiss

# Tractatulus de amicitia

